45

ex indictum per eum expedivit de renunt. c. admonet de re. permuta.
c. quesitum et c. uno li. vi. pro qua contra faciunt expressa no. per
Innocentium et Host. in c. i. et ii. de fide instru. et no. per Host. in dicto c.
post cessionem. Non obstante stilo palatii quo cavetur quod non credi
literis episcopi contra apostolicum impetrantem in quibus episcopus diceret se
contulisse beneficium quod seu eius executor non quia sigillum eius non
est autenticum quia ymmo est ut supra dictum sed propter fraudem que
timetur quia sepe ymmo frequentius accidit quod ipse vel eius cancellarius
contra apostolicas impetrantes accipit datas et quia fraus et dolus
nemini patrocinari debet et ut malitiis obviet de rescriptis sedes et c.
ex tenore ff. de rei vendi. l. in fundo et istud in palatio apostolico
inventum in quo etiam servatur quod literis episcopi in causa propria fides nulla
tenus adhibetur ne quis in causa sua. C. in rescriptis et nig. et iiii.
q. iii. nullus. Sed in hoc casu viz ubi collatio facta per episcopum contra
apostolicum impetrantem quod modo episcopus videtur facere testem in causa propria ut
ipse collationem suam propriam factam forsitan in personam fratris nepotis et
consanguinei vel familiaris collationem apostolicam factam alteri persone sibi
extranee preferri soleat et ita solebat semper dicere in galiis reverendissimus
in Christo pater dominus petrus de sorsenato sancte Romane ecclesie Cardinalis
dum erat in Rota propterea possit etiam assignari alia ratio diversitatis
quia in primo casu non potest fieri collatio alteri quam permutanti per cle. unicam
de re. permu. et sic quodammodo illa collatio est necessaria quia de necessitate iuris
non potest fieri alteri. In secundo vero casu est locus gratificationi et potest
conferre cui vult ut le. et no. Relatum et de rescriptis tibi qui li. vi.
Sed prelati modernis temporibus plus sequentes carnalitatis affectum
quam iudicium rationis sepe ex inordinata affectione promovent suos ut
in c. grave de preben. et machinantur omnes fraudes quas possunt contra apostoli
cos i. petentes de renunt. c. ii. li. vi. et de concess. preben. c. i. e. li.

XXVIII Item fuit dubitatum utrum beneficia reservata per papam resignata
in manus episcopi vacent et per ipsum conferri possunt et si non utrum permutantes
possint ad sua beneficia propria auctoritate redire et sic sunt duo dubia in
primo casu videbatur aliquibus quod non per no. per Io. mo. in c. unico de re.
permut. li. vi. sup. v. fraud. iii. q. Sed quero ubi videtur dicere
quod in permutatione non est vera vacatio iuris sed est quedam contractio
iuris precedens in suo possidendi alle. textus leges et una dec. s.
c. quesitum de re. perm. et finem dec. licet quod in eius facit contra.
enim quia pro eo dicitur dudum ibi resignent per quam resignationem beneficia
vere vacant saltem quo ad ipsos resignantes quia per eam amittunt tam
proprietatem quam possessionem possunt le. et no. in c. admonet quod in duobus et c.